







47

21.

22.

23.

24.

25.

26

27



1725.

21. Play, Antonius Giselman : De corpore humano  
machina divinal sapientiae ac providentiae  
testa.
22. Play, Goyas Christophorus : De religione seculorum.
23. Reichenberg, Carolus Otto : Compendia principiis  
en iure Romano ad hacten territoriorum  
Germanicorum relata.
24. Reichenberg, Carolus Otto : De advocate et advocacy  
Germanicis
25. Rerichius, Iohannes Guillib : De vera iuramenti  
civitatis natura et indele-
26. Rerichius, Augustus Florenus : De interpretatione  
philosophicae iisque in materia societatis  
utritate.
27. Rerichius, Augustus Florenus : De sorte palmarum  
capitalium inter reliquias determinante.



1725

28. Ritterus, Iohannes Flores: De successione fideis  
in iurada.
29. Ritterus, Ioh. Flores: De privato in principium sum  
perii usurariae primitakis vero.
30. Ritterus, Ioh. Flores: De iure jura vero in alterius  
animam.
31. Ritterus, Ioh. Flores: De clausula cambialis.
32. Siegel, Ioh. Gottlieb: De servitu confusione  
extincta fundi serviente curris alienato  
revivescat. ? simulque collegia sua hyperborea  
intimat.
33. Siegel, Ioh. Gottlieb: De legato successore  
haccei taken omniante actionis funderatione  
vero.
34. Siegel, Iohann Gottlieb: De fundamento iudiciale  
pecuniae depositoris in processu cambiali iure  
electori Sachsen eiusdemque ducie.

1725

35

36

37



1726

35. Liegl, Ioh. Gottlieb: *De creditibus societatis  
privatis socii creditibus non praefereatur.*

36. Stegerus, Christian: *De donatis Alpiis. Toto.*

37. Wallius, Christophe: *De finibus paenarum ciuitatum*

fras

sm

rius

o

one

to

nce

re

rine

orialis

jure



*P. 16. K. 64.  
Pub. 16. num. 42.*

7  
**DISPUTATIO IVRIDICA  
DE  
SVCCESSIONE FISCI  
IN  
GERADA,  
QVAM  
CONSENSV ICTORVM ORDINIS  
IN  
ACADEMIA LIPSIENSI  
PRAESEDE  
DN. D. IOHANNE FLORENTE  
RIVINO,  
INSTITVT. P. P. SVPR. CVR. PROVINC.  
ET CONSISTOR. ADVOC. ORDIN.  
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI  
SVBMITTIT  
CHRISTIAN. AVGVST FISCHER,  
DRESDENS.  
DIE IX. AVGUSTI MDCCXXV.**

---

LIPSIAE,  
TYPIS IMMANVELIS TITII.



DISTATATIO IURIDICA  
SACCESSIONE HSCI  
IN  
GERADA.  
CONSENSA ICGKVM ORDINIS  
ACADEMIA LIPSIENSIS  
DN. D. JOHANNES MURENTE  
RIVINO.  
INSTITUT. R. P. SUTR. OR. LIONIC  
ET CONSELLOR. ADAC. ORDINIS  
PARLICIO. LITERATIONVM EXAMINI  
CHRISTIAN. AGAVET HSCHER  
DIE IX. DECIMI. MDCCXII  
VITA  
TYPIS IMMANUELIS TITILL



*PERILLVSTRI*  
*MINIOITIATQVE DISSERRASS*  
*EXCELLENTISSIMO DOMINO*  
*DOMINO*  
**GOTTLOB HIERONYMO**  
DE  
**LEIPZIGER,**  
**DYNASTAE IN HEYDA,**  
POTENTISSIMI POLONIARVM REGIS  
ET SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE SENATV  
INTIMI CONSILIARIO, PROVOCATIONVM ET  
PROTOSYNEDRII SVMMO PRAESIDI,  
  
*DOMINO SVO GRATIOSO.*



HANC

DISSERTATIONEM

DEVOTI ANIMI MONUMENTVM

CONSECRAT

GOTTLOB HIERONYMO

DE

LEIPZIGER

DYNASTAE IN HYDRA

LUTHERIÆ DIOCESIÆ REGENS

ET CETERIS IMPERIALES ET MONASTICAS ET

INSTITUTIONES CONVENTUS MONACHALIS

ET COLLEGII ET ALIORUM LIBERARUM

Devotissimus subiectissimus

cliens

CHRISTIAN. AVGUSTVS FISCHERV.



AD

*NOBILISSIMVM ATQVE  
CLARISSIMVM*

**D N. FISCHERVM,**

AMICVM SVVM HONORATISSIMVM,

P R A E S E S.

**H** Onori mibi merito duco,  
quod Parentem Tuum Ve-  
nerandum, amicum, non le-  
vi notitia conjunctum, sed  
tot probitatis & benevo-  
lentiae monumentis, per quatuor propemo-  
dum lustra comprobatum, appellare queam.  
Ejus virtutes animique dotes singulares, in

A 3 primis

primis incredibile bonum publicum promoviendi studium, animum meum perpetua admiratione devinctorum tenent. Quotiescumque igitur a Summi Numinis Clementia, & Potentissimi nostri Augusti gratia, genti FISCHERIANÆ novum felicitatis augmentum tribuitur, partem & ego sentio. Qware Tibi, Clarissime FISCHERE, dedendo Specimine academico, animitus gratulator, abitumque meditanti, prosperrimos quosvis rerum eventus appreco. Servet Immortale Numen Genitorem Matremque Tuam, Pietatis & modestie, omnium affectu exemplum, Ipsiisque, quod homini fas est optare, benignissime largiatur. Scrib. die Augusti MDCCXXV.



h, m, n, o, p, q, r, s, t, u, v, w, x, y, z  
a, b, c, d, e, f, g, h, i, l, m, n, o, p, q, r, s, t, u, v, w, x, y, z  
A, B, C, D, E, F, G, H, I, L, M, N, O, P, Q, R, S, T, U, V, W, X, Y, Z  
SVMMA-

## S V M M A R I A.

*Fiscus ultimo loco succedit, §. I. Quid res fiscales apud Romanos fuerint, & quid hodie, §. II. Unde J. Fisci & cui competierit J. Rom. §. III. In Imp. Roman. Germ. §. IV. J. Saxon. mero imperio cohæret, §. V. Tribus modis geradæ successio ad fiscum devolvitur. §. VI. Presupponendus Jūdex qui altam habet jurisdictionem, §. VII. Cui onus signa jurisdictionalia erigendi & conservandi incumbit, §. VIII. Principi Jur. Episcop. cedit gerada clerici vidua, §. IX. Si aliquo in loco divisum jurisdictionis exercitium capit geradam qui superiorum habet, §. X. Feudo locato regulariter non potest sibi vindicare conductor, §. XI. I. Gerada ad fiscum devolvitur nulla cognata vel habili persona reliqua, §. XII. Respondebit non habetur ad gradus, §. XIII. Respondetur textri Laud. R. I. i. art. 5. §. XIV. Nisi successio statuta ad certos gradus restricta, §. XV. Quo deficiente fiscus excludit maritum, §. XVI. Speciat vero Gerada ad Magistratum ubi defuncta domicilium habuit, §. XVII. Licet femina alio in loco casu fortuito decesserit, §. XVIII. Aut vidua officialis reliquerit domicilium mariti, §. XIX. Et si duo prædia in diversis locis reliquerit, prefertur jūdex domicili ordinarii, §. XX. Si femina contracis nuptiis forum originis & domicili non mutat, hujus magistratus ordinarius lucratur, §. XXI. In contrarium respondit Incl. Fac. Jurid. Lips. §. XXII. Quid obtineat in præfectura Lipsiens. §. XXIII. In primis si officiales Academici fuerint, §. XXIV. Quid in aliis*

aliis præfecturis, si præfectus inhabitet ædes magistratus op-  
pidani Jurisdic̄t. subjectas, §. XXV. Notabilis casus quoad  
præfecturam Chemnizensem recensetur, §. XXVI. Senatus  
ad reddendas quotannis rationes principi obligatus sibi tri-  
buere non potest geradam vacante, quod exemplo civitatis  
Islebiensis confirmatur, §. XXVII. An Magistratus inferior  
jus fisci mediante præscriptione acquirere possit, §. XXVIII.  
II. Modus capiend. gerad. est J. retorsionis, §. XXIX. Ex-  
pliatur Conf. Elec. 38. P. 3. §. XXX. Non indistincte jus  
retorsionis locum habet, §. XXXI. Præsertim exhibitis lite-  
ris reversalibus, §. XXXII. Notabilis casus referitur,  
§. XXXIII. Jure Albinagii si Gerada fisco cedit pertinet ad  
Principem non judicem superiorem jurisdictionem habentem,  
§. XXXIV. III. Lucratur fiscus geradam, si intra annum a  
proxima cognata non petita, §. XXXV. Competit fisco re-  
stitutio, §. XXXVI. De cætero species illas tantum occu-  
pat, que per statuta loci qualitatem geradicam habent.  
§. XXXVII. Eadem ratio si alicubi saltem Niffel-Gerada  
introducta, §. XXXVIII. Quo modo interpretatio instituen-  
da, si in statutis simpliciter mentio fiat der Niffel, §. XXXIX.  
Pariter respectus habetur in vacante Gerada ad qualitatem  
defunctæ annobilis an plebeja fuerit, §. XL. Excludere ta-  
men potest fæmina fiscum per alienationem Gerade, §. XLI.  
An fiscus æs alienum solvere debeat, §. XLII.

Q. D. B. V.





Q. D. B. V.

§. I.

Vulgata vox est, neminem non relictio hærede decidere; quod si enim nullus legitimus ex qualibet sanguinis linea, vel juris titulo ex omnibus succedendi ordinibus adsit, intestatorum res & bona, ut vacantia ex rationibus politicis fisci rationibus vindicantur, eoque casu fiscus hæredis vice fungitur L. 1. & 4. C. de bon. vacant., ut rerum dominia etiam hac in parte certa evadant pr. J. & L. 1. ff. de usucaption. Dn. TITIUS Jur. privat. L. VII. cap. 1. §. 35.

§. II.

Appellabant vero Romani res fiscales, quasi principis proprias & privatas. vid. L. 2. §. 4. ff. ne quid in loc. publ. quo pertinebant bona vacantia, caduca, quæ quibus modis fisco obvenerint operose & eleganter deducit JAN VINCENT GRAVINA de Orig. Jur. Civ. L.

B

III.

*III. de LL. & Sci. §. 6o. p. m. 6o7. fqq.* Alia ratio erat  
 Ærariorum, quod populus ex permisso principis habebat,  
 hinc jus fisci & populi separata jura erant, prout appa-  
 ret ex inscriptione *L. I. ff. de bon. damnat.* Successu tem-  
 porum distinctio illa quidem desit, & fiscus amplitudine  
 sua quosvis redditus publicos, comprehendere coepit,  
 manserunt tamen in Principatibus Germaniaæ Cameræ  
 principis, cui præfecture principis propriæ, ejusque  
 libera administrationi subsunt, & steura ut ærarium  
 territorii, in cuius constitutione vel administratione, sta-  
 tus provinciales, ex habitu cuiusvis territorii, aliquas  
 habere solet partes, separata corpora vid. *Nob. Dn.*  
*de BERGER de Jure Fisci th. 1. 2. 3. & 4. & B. TITIVS*  
*Jur. privat. L. II. C. XIX. §. 2. fqq.*

## §. III.

Scilicet Jus Fisci, cui nomen a fiscis seu fiscellis. i.e.  
 vimineis vasis, quæ olim asservandæ pecunia publica  
 adhibebantur, inditum *Nob. Dn. de BERGER. Ocon. Jur.*  
*privat. L. II. T. II. §. 16. not. 4.* Hinc fiscus quondam  
 facrum publicum significavit, in quem exactores mitte-  
 rent debita publica CASP. KLOCK *Tr. de Ærario L. I.*  
*C. II. n. 9.* vel quod fiscus per allusionem dicatur quasi  
 fixus, firmus & perpetuo stabilis. *M. ANT. PEREGRIN.*  
*de Jur. & Privil. Fisci. L. I. n. 34.* Jure Romano solis  
 competit Imperatoribus, inde Impp. Diocletianus &  
 Maximianus ad Eucharium in *L. I. C. de bon. vac.* re-  
 scripsérunt non audiendas esse civitates, quæ sibi, intè-  
 statorum & sine legitimo hærede decedentium rerum  
 jus veluti ex permisso vindicare niterentur, adeoque  
 ejusmodi bona a civitatibus, obtentu privilegiorum  
 suo-

fuorum, occupata, ad officium i.e. fisum revocare juf-  
serunt. vid. GOTHOFR. ad b. l. lit. d.

## §. IV.

In Imperio Romano Germanico Jus fisci superio-  
ritati territoriali inest, hinc civitatibus Imperialibus com-  
petit Instr. Pac. Ofnabr. & Mon. Art. VIII. §. 4. civitates  
vero municipales, qua tales, etiam si gaudent mero im-  
perio, non possunt sibi vindicare jus succedendi in bona  
vacantia jure fisci. Adeoque summus princeps, pro  
necessitatibus parrix supportandis, merito & hoc com-  
modo gaudere debebat, ut ad eum bona horum, si ex  
testatoris vel legis dispositione hares nullus amplius ad-  
sit, devolvantur, sententiam enim B. STRYKII in Tr. de  
success. ab intest. Diff. V. C. I. §. 10. 11. 12. 13. totam meam  
facio, quicquid turba dissentium, quos STRYK allega-  
vit, contradicat, bona enim vacantia inter regalia refe-  
runtur. HENR. BOCER. de Regal. C. 3. n. 26. conf. SCHILT.  
Ex. ad ff. L. §. 5.

## §. V.

At in Saxonia aliter se res habet, etenim jus occu-  
pandi bona vacantia, praecipua species iurium fiscalium Ju-  
re Provinc. L. I. Art. 28. & L. III. Art. 80. Weichbild. Art. 59.  
municipiis expressis verbis tribuitur, & mero imperio indi-  
stincte cohæret, jung. Consil. Aug. P. III. C. 38. quod etiam  
jure Lubecensi dispositum commemorat DAV. MEVIVS ad  
Jus Lubec. P. II. T. II. Art. 14. n. 64. qui tamen eorum adsti-  
pulatur sententia, qui indistincte civitatibus, merum mix-  
tumve imperium habentibus, bona vacantia addicunt. Qua  
vero ratione in terris Saxonici Fisco jus quoddam, vi  
Successionis extraordinariæ, in specie intuitu Geradæ,

competere & obvenire queat, in sequentibus indagabimus.

§. VI.

Tribus nimirum modis Geradæ successio extraordinaria ad fiscum devolvi consuevit I. Si foerima decebat nulla plane cognata relicta, tunc cedit fisco, tanquam bonum vacans. II. Si quidem cognata superfit, ad quam Gerada pertinebat, hæc tamen in loco vel provincia degat, ubi gerada incognita, quo casu fiscus jure retorsionis retinet Geradam, & denique III. Si cognata proxima intra annum Saxonicum non petierit, & fiscus ex capite præscriptionis eam acquirit. De singulis speciatim.

§. VII.

Præsupponimus vero in recentris casibus, civitatem vel judicem cum alta jurisdictione sive mero imperio, mit denen Ober- und Hals - Gerichten, investitum, & cui jus gladii competit deme das Schwerdt befohlen, ita enim Land-Recht L. I. Art. 28. Gerade, wenn die erblöß stirbt, gehört sie in die Königliche Gewalt, durch die Koenigliche Gewalt aber wird verstanden der Ober - Herr einer ieglichen Pfarre oder Landes Ort dem das Ober - Gericht zustiebet, nam sub potestate regali, uti textus Weichb. Art. 59. explicat, non tantum reges sed omnes, quibus potestas gladii concessa comprehenduntur. ANDR. GOLDBECK de Jur. Gerad. Cap. V. de tertio ordin. Succed. n. 7. § 8. CARPZ. P. II. Conf. XIV. def. 61. n. 3. § 4. SIGISM. FINCKELTHVS. Obf. LXXXI. n. 57. CHRIST. PHIL. RICHTER. de successione intest. Seç. III. Membr. I. n. 124. Dn. HORN. Resp. Clas. II. Resp. XX. n. 2. excluso plane magistratu bassam vice hereditariam jurisdictionem exerceente. Ita Dn. Scab.

Lipfi-



Lipsiens. M. Sept. 1661. ad interrogationem Joh. Christophs von Spobr. wird in Zweifel gezogen, weme das Heer-Geräthe und Gerade aufm Fall solches, in Mangel eines rechtmäßigen Successoris apert, wird, und der Obrigkeit beimfeller, gehörig. Da nun, eurem Fürgeben nach, Churfl. Durchl. unserm gnädigsten Herren, an denen freitigen Orthen, die Ober-Gerichte allein gehörig; So haben sich auch höchstgedachte Churfürstl. Durchl. auf angeregte begebende Fälle beydes der Gerade als auch des Heergeräthes anzumassen. Et idem Dn. de Berlepsch possessor feudi Seebachensis jurisdictione superiori prædito, geradam vacantem, ad interrogationem Johann Reisings, versus Seebach M. Octobr. 1674. adjudicarunt. In ductu Brunsvicensi & plerisque aliis locis vicinis, referente RICHTERO de Succ. ab int. Secl. V. Dec. II. n. 34. usu introductum, ut Judex paganus obveniente tali casu capiat equum vel bovem, pastori loci gallum gallinaceum, ædituus vero sarcimen, & in vico proxime Lipsiaæ adjacente, Lindenau und Leutsch, moris esse refert Dn. BARTH de Gerard. C. VIII. §. 28. quod, foemina sine filia aut nepte decedente, pastori loci, optima gallina tradi debeat.

## §. VIII.

Et quidem judici lucrum Gerardæ vacantis, cum hoc quasi onere conceditur, ut officium suum potestatemque judiciale administret, & inde furcas seu patibula erigat, cippos, numellas, compedes, & quæcunque alia, quibus facinorosi pro meritis castiguntur & puniuntur, comparet, ministros publicos maleficis vindicandis sustenter, & signa jurisdictionalia collapsa reficiat, sic enim glossator loquitur ad d. art. 28. sub lit. E. Et Weichbild in Art. 59.

Gerade so erblös stirbt, wird dem Richter darum gefohrt,  
dass er richterliche Gewalt und davon Stöcke, Pranger,  
Galgen, Staufen und allerley Sachen, damit man  
Miffethäuter peiniget, um ihren verdienten Lohn halten soll,  
horum enim signorum jurisdictionalium erekto soli judicii  
merum imperium habentum incumbere indubitatum est  
GOLDBECK d. l. n. 9. & 10. CARPZ. P. III. C. XXXVIII.  
Def. 14. n. 3. & Prax. crim. P. III. Qu. CXXVIII. n. 52.  
FINCKELTHVS d. Obs. LXXXI. n. 33. Dn. BARTH de  
Gerad. C. II. §. 14. lit. f. Quanquam igitur subditii regulariter,  
& ob militantem præsumptionem libertatis naturalis,  
hac in parte ab omnibus sumtibus inquisitionis merito  
immunes esse debebant, attamen quotidiana docet  
experientia magistratus sapius quidem lucrum obveniens  
capere, ejusmodi vero onera & incommoda subditis, sim-  
plicitate sapius correptis, relinquere.

## §. IX.

Confistoria equidem non immediate sed mediante  
judice seculari exercent actus superioris jurisdictionis,  
attamen nullum dubium superesse videtur, geradam va-  
cantem a Clerici vidua relictam, non ad magistratum op-  
pidanum sed ad principem, qui per confistoria exercet  
jura episcopalia, transmitti, vide CARPZ. P. III. Def. Eccl. 9.  
Hinc Dn. Scabini Lips. Superintendentis Annebergenis  
uxoris geradam vacantem, Senatui istius loci ab hoc  
M. Jun. 1664. quæstori tribuere noluerunt. Equidem  
Dn. BARTH de Gerad. C. II. §. 14. Lit. f. ex Dn. BEYERI  
addition. ad CARPZ. Jurispr. Eccles. ad di. def. 9. p. 169.  
allegat, a Potentissimo nostro sub dato d. 8. Julii 1713. ali-  
ter esse decisum, sed ex tenore rescripti non decisivi,  
quod

fol  
an  
an  
oll,  
di-  
est  
VII.  
52.  
de  
gu-  
ru-  
ne-  
cet  
ens  
m-  
  
nte  
nis,  
va-  
op-  
ct  
9.  
nisi  
hoc  
em  
RI  
69.  
ali-  
vi,  
od

quod in dict. additam. legitur illud vix colligere licet, nec presumendum, principem jura sua in universum, nulla plane urgente necessitate, abdicare voluisse, inde etiam in Codic. August. frustra tale rescriptum queritur.

## §. X.

Si aliquo in loco aut civitate exercitium jurisdictionis divisum, is judex, qui superiorem habet, solus vacantem geradam accipiet, excluso inferiorem administrante CARPZ. P. III. C. XXXVIII. def. 14. Si plures alta jurisdictione superbiunt, prout hic Lipsiæ in Magistratu Academico, praefectura & Senatu oppidano contingere videamus, quilibet magistratus procul dubio, eveniente casu sibi vigilabit, nisi aliud per compactata obtineat, aut contrario legitimo usu introductum. Inde cum A. 1670. Vitebergæ vidua quædam civis academici, quæ aedes oppidani magistratus jurisdictioni subjectas, ex contractu locationis inhabitaverat, decederet, Dn. Scab. Lips. a JOH. SCHOTTEN rogati M. April. ejusd. anni proclives fuerunt in favorem Senatus pronuntiare. Quondam cum inter dominum jurisdictionis oppidi Crimitzavensis & antistitem ecclesiæ istius loci lis oriretur, cui vacans gerada obvenire debeat, res per commissarios a serenissimo constitutos An. 1597. ita inter partes, lege quasi perpetua valitura, composita, ut eveniente imposterum casu in dicto oppido, gerada vel ejus astimatio, ecclesiæ perpetuo cedere debeat, & juxta hanc transactionem An. 1643. Dn Scab. Lips. casu in suburbiculares obveniente, cum suburbia pari jure & privilegiis cum urbibus gaudeant, & pro uno corpore habeantur, pronunciasse ex CARPZ. Dec. II. n. 25. refert Dn. BARTH de Gerad. C. VII. §. 44.

## §. XI.



Quo loco observandum quod feudo cum jurisdictione inferiore aliisque juribus & pertinentiis simpliciter locato, gerada vacans non conductori sed locatori obveniat, cum sit annexum superioris jurisdictionis, prout RICHTER. de success. ab intestat. Sec. XIII. M. I. n. 125. prajudicio JCtorum Jenensium confirmat, nisi in specie fructus & exercitium superioris jurisdictionis, vel praedium cum omnimoda jurisdictione, locatum qui enim omne dicit & concedit, nihil excludit. Pariter nec Pater nec maritus, licet ipsis ususfructus ex legis dispositione concessus & ipso jure competit, sibi vindicare poterunt geradam vacantem, cum non jure proprio, sed nomine personarum principalium, vi patris potestatis & ut legitimi administratores jurisdictionem in praediis liberorum vel uxorum exerceant, nec ejusmodi bona inter fructus quotannis renaescentes referri poterunt. vid. Dn. BARTH. de Gerad. C. VIII. §. 29.

Primum igitur ad Fiscum Geradæ Successio devolvitur, si foemina decedat, nulla cognata sive persona sexus foeminini per matrem juncta, wenn keine Niffiel verbanden, aut alias habili relicta, Art. 28. Land-R. L. I. Was solches Dinges erblös stirbt, als Gerade, das soll man antworten dem Richter, ubi per vocabulum erblös pro subiecta materia personæ intelligenda, quæ geradæ capaces & frustra ad generalem hæredis appellationem in L. 15. & 170. ff. de V. S. provocatur, uti enim in materia & successione feudali masculi, ita in successione geradæ foeminæ, & quidem cognata tantum, hæredum nomine comprehen-

henduntur. GOLDBECK de *Jure Gerad.* Cap. V. de *Tert.*  
*Ord. Succed.* n. 4. *sqq.* nec enim simpliciter Sexus sed co-  
gnatio respicitur FINCKELTH. *Obs. LXXXI.* n. 32.  
RICHTER de *Success.* ab *intest.* *Seet.* II. *membr.* I. n. 33:  
Licet igitur personæ foeminei sexus jure agnationis ad  
successionem vocantur ab intestato, tamen fisco Geradam,  
ut vacantem, adjudicare non dubitarunt Dn. Scab. Lips.  
M. April. 1670. an B. D. v. A. vid. HEROLD. de *Jure Re-*  
*præf.* L. I. *Concl.* II. §. 18, n. 10. B. STRYK. de *Success.* ab  
*intest.* *Diss.* V. C. III. §. 3. Proinde defuncti fratri filiam  
a fisco excludendam esse pronuntiarunt idem Dn. Scab.  
Lips. M. Mart. 1673. versus Zeiz an Balibasar Hirschen,  
eandem foverunt sententiam de forore consanguinea  
(von Vater halbbürtigen Schwester) cum fisco concurren-  
te M. Jan. 1677. verius Wolkenstein, ad interrogationem  
*Hans's Meyer* & Incl. Facult. Jurid. Lips. M. Maj. 1700.  
versus Waltersdorff an Sempronium. conf. RICHTER  
*d. tr. Seet.* III. M. I. n. 63. n. 8. qui casum de matertera con-  
fanguinea sistit.

### §. XIII.

Non vero in transmittenda Gerada respectus habe-  
tur ad gradus, sed saltem ad cognitionem *auff die Spiel-*  
*magenschaft*, unde remotissima cognata pra fisco ad suc-  
cessionem gerada vocanda. Licet enim Jure Romano  
in §. f. *f. de success. cognat.* cognatio in concedenda bono-  
rum possessione prætoria ad sextum gradum restricta vi-  
deatur, quod etiam ZOBELIVM in *Different. Jur. Civ. &*  
*Sax. P. III. Diff. VIII. n. 19.* commovit terminum in suc-  
cessione Geradæ ad sextum duntaxat gradum statuere, at-  
tamen textus ille non determinante & exclusive, sed sal-

C

tem



tem exemplificative, accipiendus: uti enim verba in d. §. de agnatis, aliquem admitti adgnationis jure ad hæreditatem, et si decimo gradu sit, satis abunde indigitant, sensum Imperatoris suisse ad agnatum successionem pertinere, licet in remotissimo five uti in §. 3. *J. de legit. agnat. succeſſ.* dicitur longissimo gradu existat, ita certus numerus pro incerto positus, & probabiliter cognitorum mentio usque ad septimum gradum tantum facta, quia juxt. *L. 10. §. 16. J. de gradib. &c. affin.* usque ad hunc gradum cognatis specialia nomina tributa, sequentes generali appellatione posteriorum insigniti, inde in §. 7. *J. de gradib. cognat.* dicitur longe facilius esse respondere quo quisque gradu sit quam propria cognitionis appellatione quenquam denotare.

## §. XIV.

Nec remoratur nos textus *Land-R. L. I. Art. 3.* in verb. die Siep endet sich in dem siebenden Gliede. Doctores enim, ex quibus SIMON. VLR. PISTOR. in addit. ad HARTM. PISTOR. *L. II. Obs. 19. lit. n.* nominasse sufficiat, vigorem usumque hujus dispositionis merito in dubium vocant, ac proinde tutius erit argumentum in contrarium ducere ex *Art. 19. ejusd. L. I.* ubi dicitur der Schwabe nimmt Heergeräthe und Erb, über die siebende Siep, als ferner er immer ausrechnen mag und kan, daß ihme der Mann vom Schwerde halben angebohren, cui accedit jus Civile, quod in *L. I. §. 2. ff. de Jur. Fife.* fisco demum, deficientibus omnibus hæredibus, successionem tribuit, & juxta hanc sententiam pronuntiatum jam olim a Scabinis Lips. prout appetet ex iudicato post *Land-R. sub T. von Succession auf Erbgütern*

theru. §. Wenn auch gar keine Verwandten & subsequentibus temporibus antecessorum vestigiis institisse confirmat responsum M. Majo 1682. ad interrogationem Gottfried Volhartens versus Breitingen dati, conf. GOLD-BECK de J. Gerad. de success. transversal. n. 37. sqq. & Dn. BARTH de Gerad. Cap. II. §. 28. sub lit. b. & Cap. VII. §. 43.

## §. XV.

Nonnullis in locis ad certos usque gradus restricta successio cognatarum. Sic in comitatu Lippensi, referente Dn. BARTH. de Gerad. Cap. II. §. 28. sub lit. b. expresse dispositum, eo casu, si nulla cognata intra decimum gradum in vivis existat, geradam, tanquam vacantem, ad fiscum pertinere, pariter in civitate Görlizensi viget statutum, in quo Tit. LI. §. 7. certa saltet personæ fiscum præcludentes enumerantur. Quod si alia personæ adsint, licet pari in gradu cum nominata in statuto existant, tamen merito a fisco arcentur, statuta enim, quatenus contra jus commune strictissimæ sunt interpretationis, & ita explicanda quatenus minimum recedunt a dispositione juris communis. Ita Dn. Scab. Lips. occasione istius statuti in specie consulti, a partibus fisci steterunt, M. Aug. 1703. ad requisitionem Meviax versus Görliz evolv. B. Dn. FRIDER. PHILIPPI Disput. de success. ex flat. Gärlichenf. ante aliquot annos in hac Academia ventilata. Nonnullis in locis personæ alias prohibitæ e. c. masculi ad successionem, excluso fisco, admittuntur, ita hic Lipsiæ juxta Art. 35. maritus & juxta art. 41. in subsidium unilaterales fratres & sorores consanguineæ, in successione Geradæ admittuntur, si

C 2 dece-

decedat foemina non relictis parentibus primi & ulteriores gradus, nec sororibus quæ capaces successionis geradæ. v. Dn. BARTH. de Gerad. Cap. II. §. 28.

§. XVI.

Deficiente tali statuto fiscus excludet maritum, licet alias sit hæres mobilis, nec locum sibi vindicabit Edictum successorium unde Vir & uxor, nam successio mobilis se non extendere potest ad universitatem illam bonorum, a quorum successione masculi plane arcentur, idem enim est an plane nullus, an non idoneus & habilis adsit hæres & cum remotissima cognata excludere soleat maritum, iniquum profecto foret fisci conditionem hac in parte deteriori reddere, quanquam alias usus hujus editi prætorii vix tuto in dubium vocari queat. Juxta statuta Wurzenſia §. 13. si foemina decedat nullis plane cognatis relictis, maritus superstes lucratur optimum defunctæ uxoris vestimentum, una cum dimidia parte Geradæ, alteram dimidietatem Magistratui oppidano relinquere tenetur, deficiente vero marito vel si gerada debito tempore, puta intra annale ſpatium, non petita fuerit, integra juxta §. 24. Senatus cedit.

§. XVII.

Spectat vero gerada vacans ad illum magistratum ubi defuncta domicilium suum habuit, & cui immediate subiecta fuit, per verba Conf. El. 38. P. III. §. ult. Der Obrigkeit des Orts da sich der Fall begeben, FRANZK. var. refol. L. III. Refol. XV. n. 12. res enim mobiles domicilio adhærent ceu accessorium suo principali L. 2. *ft. de pecul. legat.* & de eo loco esse censetur, ubi defunctus domicilium constituit. MEV. P. II. Dec. 100. CARPZ. ad d. Conf.

*Conſt. def. 15. & P. II. Decif. CLXXXIX. n. 29. BRVNNE. M.*  
*Conſil. CXIX. n. 12. STRYCK. de ſucessi. ab intell. Diff. V.*  
*C. III. §. 4. Cum igitur ſuperioribus temporibus, ob mo-*  
*tas in religione turbas & perſecutiones, in Regno Bohe-*  
*mia, multæ utriusque ſexus & eminentioris dignitatis per-*  
*fonæ, cum liberis & familia ſpretri bonis ſui, in terris Sa-*  
*xoniæ tutamien quærerent, ſedemque figerent, & nonnullæ*  
*familia nobilium Annabergam eligerent, ibidemque per*  
*plures annos ædes locatas inhabitarent domiciliumque con-*  
*ſtuerent, poft, eveniente caſu, ut aliquando duæ viduæ*  
*nobilium decederent, nullis cognatis relictis, nulli dubi-*  
*tarunt Dn. Scabini Lips. Senatui iſius loci ad iſius in-*  
*terrogationem M. Maj. 1660. adjudicare geradam vacan-*  
*tem.*

## §. XIX.

Nec impedimento erit, licet fortaffe foemina, alio in  
 loco, caſu fortuito, supremum diem obierit, aut per ali-  
 quod temporis ſpatium alibi, ſanitatis cauſa aut tempore  
 belli peſtisque, commorata fuerit, ex nuda enim habita-  
 tione temporali, animus conſtituendi domicilium non eli-  
 citur CARPZ. ad Conſt. XXXVIII. d. 16. & P. III. C. XII.  
 def. 13. Dn. BARTH- de Gerada C. VII. §. 44. ita ut sub  
 vocabulo *Fall* non *Cafus mortis*, ſed caducitatris, nempe do-  
 micilii intelligi debeat, qui etiam ſub *lit. d.* ex HEROLD.  
 de *Jure repreſ. C. I. concl. II. n. 18.* prajudicium affert.  
 Dn. Scab. Lips. Finge igitur tempore invasionis Svecicæ,  
 Halam profectam foemina, relictis laribus Lipſiensibus,  
 fato fuiffe correptam, ſane exilium iſtud temporale & par-  
 va absentia Academiæ aut Senatui Lipſiensi ſucessionem  
 geradæ vacantis adimere vix poterit.

C 3

§. XIX.

( o )

---

§. XIX.

Idem dicendum de vidua officialis aulici principis, si fortasse locum residentia principis, ubi maritus quondam officia sua exhibuerat, commoditatis causa, mutaverit, retinet enim omnino forum & domicilium pristinum. Casus obveniebat ante aliquot annos in vidua, cuius maritus a consiliis camera steret, & ob etatem decrepitam, ut emeritus, honestam missionem impetraverat, licet igitur post ejus mortem habitationem commutaverat vidua, tamen sénatum oppidanum cum camera concurrentem excludebunt, nec ex nuda habitatione domicilium verum inferre voluerunt Dn. Scab. Lips. M. Aug. 1687. versus Salgastum ad consultationem Francisci Ramundi.

§. XX.

Quid si fœmina nobilis, certo in loco, perpetuum suum habeat domicilium, alibi vero jure dominii possidat prædium rusticum alii locatum, cuius dominus jurisdictionis etiam alta gaudet jurisdictione, ista decedente & vacantem geradam relinquent, non potest dominus hujus prædii eas sibi species geradicis, quæ ibidem inventiuntur, vindicare, sed accrescunt judici domicilii, qui integrum geradam occupat. Sie in Praefectura Breitingensi cuius hereditarius Dn. Böse gerada quidem vacans alias dominio jurisdictionis obvenire solet, sed cum An. 1679. persona nobilis deceperat sub praefectura possidens prædium Dn. Scab. Lips. dominio jurisdictionis adjudicare noluerunt species geradicis vacantes in isto prædio deprehensas, sed simpliciter cedere debere geradam ordinario domicilii magistratu existimarent, ad consultationem Dn. Carl Haubold Böfens M. Jul. 1679.

§. XXL



## §. XXI.

Si foemina contractis nuptiis prius forum, nempe originis & domicilii, non mutet, sed se jungat marito, qui nullibi firmum & perpetuum domicilium habet, nec sponsam in domum aliam extra locum nativitatis deduxit, sed ibidem commooretur, ejusdem magistratui se submisisse censetur, adeoque vidua facta, si absque cognata decedat, procul dubio transmittit geradam vacantem ad judicem loci originis, siquidem ZANGER. de Except. P. II. C. I. n. 24. afferit, eo casu, quo maritus post nuptias celebratas domum & bona uxoris intrat, quod germani his verbis efferre solent, *Wenn der Mann zum Weibe eingefreyet*, ipsum domicilium uxoris esse secutum, & ille qui hinc inde profiscitur nullibi pedem figendo, nullum habere creditur domicilium, teste GAILIO L. II. Obs. XXXVI. n. 11. & CARPZOV. L. II. Resp. LII. n. 2. sqq. & juxta hanc sententiam responderunt Dn. Scabini Lipf. in casu persona Illustris M. Jan. 1700 ad interrogationem Christian Wohlgemuths versus Graiz ubi in rat. decid. Da auch die Frey-Frau von R. durch ihre Verehelichung ihr forum nicht verändert, sondern unter der Gräfl. Herrschaft Jurisdiction geblieben, in welchem Fall derselben derer Sächsischen Rechte Verordnung nach, Kraft deren, wenn keine Niffiel so Gerade nehmen könnte vorhanden, dieselbe demjenigen, dem die Ober-Gerichte zufallen, verblebet, sich zu erfreuen haben; So möchte die Gräfl. Herrschaft der Frey-Frau von R. Gerade sich wwohl anmassen.

## §. XXII.

In contrarias partes aberunt Dn. in Facult. Lips. ab eodem consulti M. Febr. ejus anni, commoti sequentibus ratio-

rationibus, quod in momento consummati matrimonii, uxor intret domicilium mariti, ibidemque forum sortiatur, ad electionem & constitutionem novi domicilii, factum aliquod & deliberatum animum alibi perpetuo habitandi requiri, eum qui ex temporali caufa in loco aliquo habitet, ibi habitationem quidem habere, neutquam vero domicilium contraxisse; de cœtero in dubio, si de translatione domicilii non constet, quemlibet retinere domicilium originis seu naturale, præsertim cum res in eodem statu, quo semel fuit, manere præsumatur, nisi probetur mutatio & translatio domicilii qua facti *L. 20. ff. ad Municip. Lauterb. in Disp. de Domicilio C. I. th. XIV. in 55. GAIL L. II. Obs. 35. n. 7.* MENOCHIVS de *Præsumt. L. VI. C. 42.* FRANZKIVS *L. I. Resol. XVI. n. 18.*

### §. XXIII.

In præfectura Lipsiensi ex villis præfecturæ subjectis nec Heergewetta nec Gerada capitur, sed omnia bona hæredibus legitimis relinquuntur. Quodsi Amtshælfie sine hæredibus decadat utrumque gerada & Heergewetta præfecturæ cedit, inde in conscribendis rationibus & libris censualibus speciale caput de Gerada & Heergewetta vacante formatur, & præfectori ærarii five reddituum publicorum *dem Amts-Rents-Vervalter a Dn. præfecto,* quotannis ad ipsius legitimationem attestatum judiciale dari solet, quod proxiane elapso anno nullus casus extiterit, adeoque ab ipso nil quiquam rationibus inferi potuerit.

### §. XXIV.

*Vi decreti Electoralis de dato d. 5. Febr. 1685.* omnes qui ut officiales in administrationibus publicis als *Amts-Geleits-*

Geleits- Waag- Acciss- und Fleisch- Steuer- Bedienten recipiuntur, si membra Academiæ fuerint, sub pena remotionis obligabantur foro suo privilegiato in scriptis renuntiare & præfectum pro competente agnoscere, tum temporis quidem officiales academici summa cum obsequii gloria foro suo renunciabant, attamen Dn. Præfectum adibant eique repræsentabant, civibus æque academicis ac oppidanis ratione portionis statutaria superstiti viduae concessæ, & ratione successionis in gerada, maritis parentibus & collateralibus, statutis & compactatis summo cum favore præspectum, contra ista statura in præfectura Lipsiensi nondum recepta & introducta, sed successiō nem adhuc fieri juxta Const. El. adeoque casu obveniente se maximo periculo videri expositos, eumque rogabant, ut mediante relatione ad Serenisimum submississima, paria jura expeteret, sequebatur etiam Rescriptum Electorale, de dat. Dresd. d. 31. Octob. 1685. quod præfecto novam eamque uberiorem relationem conscientiosam in jungebat, an vero postea decisio Serenisimi secuta fuerit, non compertum habemus.

## §. XXV.

Pariter Præfectus ad ancillæ in ipsis servitiis morientis successionem intuitu vacantis geradæ admittendus. Quodsi tamen domus illa, in qua præfectus jus dicit, Senatus oppidani jurisdictioni subjaceat ad hunc procul dubio emolumentum successionis spectabit. Et si fortasse domus illa, in qua præfecturam exercet, jussu superioris cognitioni magistratus oppidani specialiter eximatur, tamen familia conductitia eorum quia præfectura dependent, si ædes civium inhabitent, subjacet jurisdictione.



ni magistratus oppidani, prout hoc ipso anno Dn. Pra-  
ses nomine Senatus Numburgensis contra praefectum il-  
lius loci coram Suprema Curia provinciali in possessorio  
summarissimo obtinuit.

§. XXVI.

Notabilior est casus qui An. 1690. Chemnitii conti-  
git. Emerat ibidem Serenissimus Elector Saxonia do-  
minus quandam expeditionibus & habitationi praefecti il-  
linatam, cum igitur decederet praefecti ancilla, lis inter  
hunc & Senatum oppidanum de gerada vacante orieba-  
tur, licet vero ille pro obtinenda successione allegaret,  
ades illas pertinere jure proprio ad Serenissimum Electo-  
rem, adeoque exemptas esse a jurisdictione magistratus, pro-  
ut etiam nullam cognitionem & jurisdictionem in ipsum  
fibi arrogare posset, tamen cum Senatus se fundaret in lite-  
ris investitura, & doceret se cum omnimoda jurisdictione  
esse investitum, dominum illam ipsius olim jurisdictioni  
subjectam fuisse, nec constare alienatione facta ex-  
pressis verbis exemptionem factam, potius exinde appare-  
re qualitatem priorem remansisse, cum quotannis certa  
quantitas canonis & steerarum intuitu illius domus ex-  
solvenda veniat, nec validum duci argumentum ab exem-  
tione praefecti personali, quippe qui saltem officii causa  
ibidem commoretur, ad liberationem familie conductitia,  
obtinuit Senatus pra praefecto juxta responsum Dn. Scab.  
Lips. M. Febr. 1690. ad interrogationem dicti Senatus.

§. XXVII.

E contra Senatus a superiore constitutus, si assesto-  
res salario sua accipiunt, relictis insimul nonnullis sic  
dictis accidentiis, de cetero ad reddendas quotannis ra-  
tio-



tiones de acceptis obstrictus, non sibi retinet geradam delatam, sed inter accepta referre & ad fiscum principis restituere tenetur. Casus contigit An. 1680. Islebia cum iratum Numen has nostras terras peste devastaret, etenim tempore grassantis pestis nonnulla bona utensilia & heer-gewettica obvenerant Senatui, qui quidem pro retinendis illis bonis allegabat, in rationibus publicis quondam tale caput formatum non deprehendi, nec elapsis 30. 40. & 60. retro annis quicquam sub isto rubro five titulo reperiri, salario præterea esse viliora; & labores durante peste infinitos propemodum fuisse, attamen Dn. Scab. Lips. M. Sept. 1684. a Senatu der Neuen Stadt Eisleben hac de re consulti, illum ad illationem fisco superioris faciendam, obligatum omnino censuerunt. Similiter jus capiendi geradam quoad Senatum Misbensem & Lomnizensem ita restriktum fertur, ut si vacans gerada pretium ducentorum florenorum excedat, ad Cameram Electoralem pertineat Dn. BARTH de Gerada C. 2. §. 14. lit. f.

### §. XXVIII.

Occasione hujus Responsi licet tangere illam quæsitionem: An magistratus tractu temporis mediante præscriptione Jus fisci acquirere, adeoque vi istius juris vindicare posit geradam vacantem? Sæpius laudati Dn. Scabin, in solitum Senatus Islebiensis sequentia adce-  
rant. Ihr könnet denn daß dergleichen angefallene Ge-  
rade, jedesmahl unter denen Rathsverwandten vertheilet,  
und solches von denen Superioribus bey Übergabe derer  
Rechnungen nicht wieder sprochen, sondern es also tacite  
approbiret vororden, bescheinigen, auf diesen Fall würdet  
ihr dabey nochmahlen geschützt. Et sane Dd. præscriptio-



ne immemorali regalia quoque acquiri posse per C. 26.  
X. de V. S. existimant. Sed cum L. i. C. de bon. vacant.  
civitatibus, etiam si se hoc privilegio donatas contendant,  
expressè denegat bona vacantia, & talis magistratus in  
perpetua mala fide esse credatur, proinde cestet initium  
præscriptionis, res dubio non caret, an princeps sit  
permisurus, certe in possessorio summarissimo vix manu-  
tenendus erit inferior magistratus cum res sit quæ sine ti-  
tulo possideri nequeat.

### §. XXIX.

Secundus modus devolvendi geradam ad judicem,  
est, si cognata quidem superfit sed in loco aut provincia  
quadam degat, ubi jus geradæ plane est incognitum, &  
ex qua geradam ob jus retorsionis petere non permis-  
sum *Confl. El. XXXIX. P. III. FINCKELTH. Obj.*  
*LXXXI. n. 35. SCHILTER. differt. de Jure peregrin. th.*  
*31. & Exercit. ad ff. L. §. 4. RICHTER. de success. ab*  
*intest. Secl. V. princip. n. 35. Si quidem unum idemque est*  
*an nulla plane adsit cognata an geradæ incapax &*  
*inhabilis. a. §. 5. J. de hæred. qu. ab int. L. 2. §. 8. ff. ad SCT.*  
*Tertull. L. 4. C. de bon. vac.* Scilicet secundum allega-  
tam *Confl. El. XXXIX.* res ita se habet, adversus istas  
civitates & locos, qui res hæreditarias, & utensilia e suis  
locis vel in totum vel pro parte alio transferri non patiun-  
tur, jus retorsionis vel talionis merito obtinet, non ta-  
men gerada illa retenta manet penes magistratum sed  
iis cedit, ad quos alias jure successionis vel ex ultima  
defuncti dispositione pertineret, sive in loco defuncti,  
sive alibi domicilium habeant, dummodo iniquum hoc  
jus ibidem in usu non sit. Si vero nulli omnino hære-  
des



des extent, vel adsint quidem, habitent autem in illis locis, e quibus illas res magistratus alio transferri non patitur, tunc magistrati ejus loci in quo fœmina decessit, gerada merito relinquenda.

## §. XXX.

Dum vero in hac Constit. generaliter dispositum, quod Gerada iis quibus alias vel jure Successionis vel ex ultima defuncti dispositione debetur, tradenda, non credendum ac si masculi admittendi, & Sereniss. Legisl. indistincte succedendi potestatem tribuere, vel dispositionem testamentariam de gerada admittere voluisse, nam ratione Successionis termini habiles præsupponendi & verba finalia: *oder dergleichen Persönen, welchen vorgestellte Stücke e. g. die Gerade, ohne des gebübren, cognatam & personam habilem præsupponunt, e contra reliqua verba: oder sonst des Verstorbenen Verordnung nach gebübren,* se procul dubio referunt ad reliquam massam bonorum de qua testamenti factionem jura permittunt, nec trahenda ad ultimam voluntatem intuitu geradae, cuius alienationem mediante testamento aut alia qualibet voluntate ultima, antea Idem Serenissimus Legislator in *Conf. XIV. P. II.* expresse prohibuerat, legemque dixerat.

## §. XXX.

Ex quo apparet retorsionem esse instar defensionis, quæ semper præcedentem offensionem præsupponit, hinc uti diximus illi civitati tantum opponitur que geradam extra portas & muros ad alios locos transferri derectavit, adeoque inæqualitatem primum introduxit CARPZ.

D 3

ad



*ad d. Conf. XXXIX. def. 8. quod cum non presumatur & facti, omnino probatione indiget Id. def. 9. quin si contra hunc vel illum locum exercuerit civitas quedam jus retorsionis, non tamen promiscue contra alias civitates uti, nec extensio de loco ad locum fieri poterit.*  
*Inde cum possessor feudi Libereensem exportationem geradæ, sororibus defunctæ, alio in loco degentibus, simpli- citer denegaret, & provocaret ad possessionem l. qf. im- primis exemplum allegaret, quo usus fuisset contra Belgern, Dn. Scabini hac de re consulti, cum non constaret magistratum illius loci, extraditionem geradæ unquam detrectasse, permettere noluerunt jus retorsionis ad con- sultationem Christian Rubigs versus Lieber-See M. Sept. 1678. quorum rationes decidendi integra apponi meren- tur D. a. d. dass sowohl Erbe als Gerade in fremde Gerich- te, sonderlich in eines Herren Lande, nicht gefolget over- den darf, nirgends gegründet, und obgleich die Gerichts- Obrigkeit die Abfolgung jure retorsionis auff gewisse maß- sich vervveigern mag, jedennoch dieses Jus einzig und allein wieder diejenigen Orthe, da zuvorher die Abfolgung versaget worden, gebrauchet werden kan, und nicht zu befinden, dass die Obrigkeit darunter Hübers verstorbenen Ehevveibes Schwester gesessen, gegen Lieber-See dergleichen gehan, im übrigen was mit des vorigen Weibes Schwester vorgegangen, eines theils alsofort pro actu possessorio nicht anzuziehen, andern theils auch diese possels allenfalls weiter nicht als wieder Belgern statt finden würde, wie denn ebenmässig der Ober-Richter nach Anleitung der Sächs. Rechte nur in bonis vacanti- bus sich der Succession anzumassen hat, allhier aber zweien.*



ten sich leibliche Schwestern angeben, kein bonum vacans verhanden.

### §. XXXII.

Quare literis reversalibus, quod judex alterius civitatis eveniente iterum casu, geradæ exportationem incolis alterius loci permittere velit, productis, denegari vix poterit exhibito geradæ. Et quidem judex inferior absque praescitu judicis superioris geradæ exportationem permettere potest, nec hic illi inhibere, multo minus immediate & irquisito judice inferiore citationem vel praceptum de non exsolvendo, emittere potest, praesertim si nulla quaestio de jure retorsionis exercendo obveniat, ita censuerunt Dn. Scab. Lips. hac de re consulti M. Jul. 1691. versus Tusculum an Lucium Sempronium. Interim cautela erit pro magistratu, ut in statutis majoris securitatis causa sub pena arbitraria, vel etiam sub comminatione restitutionis, civibus suis prohibeat, ne geradam absque praescitu senatus tercio exhibeant, prout in statut. Dresd. C. VIII. § 3. factum v. Dn. BARTH. de Gerad. C. VII. § 42. lit. a.

### §. XXXIII.

Egregie hic facit respons. Dn. Scab. Lips. M. Januar. 1684. ad interrogationem Job. Christoph. Mullendorff's datum. Decesserat An. 1683. J. M. Fr. v. Sch. relicto marito, filio, & filiola, posterior paulo post etiam fatis concesserat, matris defunctæ forores Comitissa de S. Baruth in terris Brandenburgicis domicilium habens, & Comitissa de Mansfeld zu Mansfeld pratendebant geradam, quam viduus & pater denegabat, forores provocabant ad Jura Saxonica communia, juxta qua gerada simpliciter ad proximam

ximam cognatam spectare debeat, e contra viduus & pater allegabat filiam suam Glauchæ, in feudo Bohemico, decessisse, adeoque rem juxta observantiam ac statuta loci, geradam plane ignorantia, metiendam esse, insuper neque Baruthi neque Mansfeldi geradam introductam, adeoque sororibus jure retorsionis denegandam & patri unico hæred, filia relinquendam. Verum enimvero, cum Glau-  
cha, licet feudum Bohemicum, tamen Electori Saxo-  
nia subjecta, prout neque consuetudinibus & statutis ci-  
vitatis obligata, ita neque eundem in modum obvenien-  
tibus successionibus domus comitalis, pro se allegare ea-  
dem, & ad ea provocare posse, sed dispositionem jurium  
Electoralium provincialium sequi debere, cum defuncta  
conjux pariter ac filiola & reliqui ejusdem liberi, non  
Dn. de Sch. sed æque ac maritus & pater Electorali supe-  
rioritati subjecti, proinde eum plane geradæ incapaci-  
cēt esse, defunctæ comitissæ sorores contra in ejusmodi  
locis habitare in quibus gerada non sit usu recepta, ac præ-  
terea in præsenti casu non esse proximas ab intestato suc-  
cessores, quibus una cum reliqua hæreditatis massa etiam  
gerada exhibenda sit, ideoque geradam fisco, exclusis vi-  
duo & defunctæ sororibus adjudicandam censuerunt Do-  
mini Scabini.

#### §. XXXIV.

Quæ dicta de jure retorsionis quod gerada non fisco  
sed proximo successori competat, non applicanda ad re-  
torsionem jure Albinagi. Quemadmodum enim in Gal-  
lia si peregrini & extranei sive alibi nati, non impetrato ju-  
re Indigenatus vel rescripto Naturalisationis decadent in-  
distincte absque respectu an liberi aut alii hæredes legitimi  
ad-



ad sint nec ne, corundem bona fisco regio cedunt MO-  
LIN. ad Confuet. Parifens. Tit. I. §. X. L. III. Glos. I. n. 182.  
in f. in Germania contra Galliæ regis subditos, jus quasi  
albinagii jure retorsionis, quod paritatem absolutam invol-  
vit, ita exerceatur, ut bona relicta demortuorum, non ju-  
dici superiorem jurisdictionem habenti, sed summo prin-  
cipi, vi superioritatis territorialis, competant, quod etiam  
ad geradam reliqtam applicari poterit DN. WERNHER.  
P. III. Obs. Forens. Obs. 18. Dn. BARTH. de Gerad. C. VII.  
§. 42. Idem afferendum de locis in quibus etiam sequior  
Sexus in classem Hagestolziorum, qui sua sibi placentia &  
celibatu fese delectant, referri, & pœuis coelibatus obno-  
xius reddi proindeque fiscus successor haberi solet, prout  
de Ducatu Würtenbergico testatur BESOLDVS Thes.  
Præd. voc. von Hagestolzen, & SCHOTTELIVS de Sing.  
& antiqu. in Germ. Jur. & novissime eleganter DN. WERN-  
HER. P. II. En. CCLII. per tot.

## §. XXXV.

Tertius denique succedendi modus extraordinarius  
est, si cognata, ad quam gerada devoluta erat, intra an-  
num, cum additamento Saxonico non petierit geradam,  
adeoque ob præscriptionem, exciderit jure petendi LIPS-  
KII Præf. Obser. Cent. I. Obs. LVI. n. 9 FINCKEL TH.  
Obs. LXXXI. n. 49. dum enim hoc facto incapacem se  
redit cognata successionis, pro non existente censenda,  
nec maritus res istas ut hæres mobilialis pratendere va-  
ler, quippe qui, ut masculus, simpliciter a successione  
Gerada removetur Land-R. L.I. Art. 28. & L.II. Art. 44. &  
Gloss. Weicbb. Art. 21.

## E

## §. XXXVI.

## §. XXXVI.

Fisco minorum quoque jura merito tribuenda *L. 3.*  
*C. de J. Reip.* Proinde elapsi licet anno ad vindicandum adhuc Geradam admittendus, adeoque ipsi beneficio restitutionis succurrendum erit, quem in modum responderunt sapientia laudat. *Scab. Lips.* Mens. April. 1691. versus Vitemb. & M. Mart. 1673. an *Christian von Hoffmann*, vid. Dn. Præf. *Disp. de Praescript. Gerard. b. Lips.* Anno 1619 habita §. XXV. Dissent. Dn. BARTH. de Gerard. *C. VIII.* §. 21. in f. qui potius jus fisco quam proximæ cognata tribuere dubitat adeoque annalem præscriptionem etiam contra fiscum, locum invenire existimat, sed non videmus qua ratione fisco privilegia restitutio- nis adimi queant, imo in gerada acquisita nullam aliam præscriptionem quam 40 annorum, admitterem §. 4. *J. de usucap.* *L. 4. C. de Praescript. 30. l. 40 annor.* Jure enim Saxon. hanc nullibi sublatam deprehendimus. *CAR- PZOV. P. II. C. III. d. 4.* jung. *Nob. Dn. de BERGER. Oecon. Jur. Privat.* *L. II. T. II. §. 23.* Dn. HORN. *Respons. Clas. X. resp. XVI. n. 9.* Denique initium præscriptionis & terminus a quo a tempore scientia & cognitionis, va- cantem exsistere geradam, merito computari debet.

## §. XXXVII.

De cætero fiscus eas tantum occupabit species, quæ per Statuta illius loci, ubi defuncta domicilium habuit, ad Geradam referri consueverunt, licet alias Jure Saxo- nico communi plures species qualitatem geradicam obtineant, nec fisco prodesse poterit, si in loco domicilii, plures res geradæ nomine veniant, & defuncta fortasse in



in favorem cognatae suæ in pactis dotalibus prospicere allaboraverit, ut nempe post fata ipsius cedere ipsi debeant, omnes res alias J. Saxon. ad Geradam referri solita. Quod si enim foemina postea nulla relicta cognata decedat & ad fiscum devolvatur gerada, ea, quæ in favorem cognatae stipulata, in favorem suum extenderet nequit. Nupferat Anno 1667. Titia Budissenæ, & in pactis dotalibus convenerat cum sponso, quod cum alias species geradicæ juxta Statuta istius loci, exigui valoris & preiij esse soleant, easdem eveniente casu, non juxta statuta loci sed secundum jura Saxoniæ consueta estimari velit. Elapsis aliquot mensibus deceperat nullis relictis cognatis, neque in linea descendenti neque transversali, proinde Senatus loci jure quasi representationis prætendebat species illas omnes jure Saxonico ad plenam geradam referri solitas, sed cum hac de re Senatus *Dn. Scab. Lips.* consuleret, non obtinebat ex voto responsum M. Jan. 1668. sed ipsum contentum esse debere volebant illis speciebus, quibus ex statutis loci qualitas gerada donata erat, reliquas hæredibus ab intestato adjudicantes.

## §. XXXIX.

Eadem est ratio si alicubi *Nifel-Gerada* obtineat, tunc enim magistratus ista contentus esse debet, nec plenam petere potest, cum fiscus melioris conditionis esse nequeat quam ipsa cognata, quem in modum respond. *Dn. Scab. Lips.* M. Mart. 1664. versus Vitemb. an *Jeremiam Leijden*: *Es wære denn daselbst durch ein richtig und von der hohen Landes-Regierung confirmirtes Statutum, oder Rechts beständige Gewolltheit eingeführt,*

führt, dass denen seiroverts Verwandten nur die Niffel-Gerade solle gegeben werden, auf den Fall w wäre der Wittwer solcher Obrigkeit, als welche kein besser Recht als die Niffiel haben können, alleine die zur Niffel Gerade gehörigen Stücken auszantworten verbunden. Sic juxta Statuta Cizenia fisco competit saltem Niffel-Gerada, reliquæ Species efficiuntur hereditariae. Dn. BARTH de Gerad. C. VIII. §. 24.

### §. XXXIX.

Interim illud silentio vix prætereundum, quod licet simpliciter in statuto mentio fiat *der Niffel fiscumque eodem modo succedere debere*, exinde tamen valide haud inferatur, competere magistratui saltem consuetam Niffelgeradam, nec ex indice statutis adjecto insimulque cum his promulgato, expressis verbis successionem fisci ad Niffelgeradam restringente, firmum ducatur argumentum. Etenim statuta de cognata *von der Niffelloquentia*, omnes plane cognatas quoconque nomine veniunt, sic etiam filias & sorores sub se comprehendunt, quemadmodum vero mortua foemina plenam geradam filia & soror consequitur, ita neccesse est ut fiscus ejus locum subintrans, eodem jure gaudeat, nec index cum nullam vim obligandi producat ad infringenda fisci jura allegari potest. Luculentissimum nobis præbent exemplum statuta Dresdenia ad quæ juxta nostram sententiam responderunt Dn. Scab. Lipp. M. April. 1702. nach Dresden an Emanuel Schmieden. Ist in der Stadt Dresden Statutis und zvvar Cap. IX. von der Gera-de §. 14. verordnet, dass wvenn dieselbe bey Lebzeiten nicht alieniret oder keine Spillagen, so dazu fähig sind, in der Stadt



Stadt vorhanden, oder doch an solchen Orten, dahin die Gerade nicht gefolget würde, s̄elbsthaftig wären, diese dem Rath daselbst anheim fallen sollte. Nachdem nun anietzo da eure leibliche Schwester Frau Anna Dorothea Försterin Wittib. verstorben, und keine Nissiel oder Spillmagen, euch aber als einzigen Erben ab intestato hinterlassen, obbesagter Fall sich ereignet, so wwill ob dem Rath zu Dresden, die volle oder nur die Nissiel und halbe Gerade zukomme, zweifel entstehen. Ob ihr nun vwohl anführt, daß nicht alleine in §. 14 C. IX. derer obangezogenen Statutaten, von der Gerade, welche der Nissiel zukommet, Meldung geschehe, also wwas darinne von des Raths-Succession geordnet, ebenfalls nur von der Nissiel-Gerade zu verstehen sey; sondern auch in dem denen Statutis beygefügten Register, unter dem Worte Gerade, solches noch deutlicher, und daß dieselbe dem Rath in obbemeldeten Falle zwar zukomme, solches aber nur von der Nissiel Gerade anzunehmen sey, erklähret werde, so sey auch dieses Statutum, wodurch denen Erben ab intestato, die nach gemeinen Rechten zustehende Succession entzogen wird, so viel möglich einzuschrencken, also da zweyerley Species der Gerade seynd, und in denen Statutis, daß der Rath mit der vollen Gerade befället werden sollte, ausdrücklich nicht gemeldet wird, dessen Succession nur von derjenigen Gerade, dadurch die euch gebührende Erbschafft an wenigen gemindert wird, zu interpretieren. D. a. d. die Dresdñischen Statuta an obgedachten Orthe klare Masse geben, daß in dem daselbst bemerkten Falle, der Rath an die Stelle der Nissiel oder Spillmagen, welche sonst succidiren könnte, treten solte, und,



daferne eine Schwester oder eine andere Nissiel verban-  
den w wäre, selbige, vveil vveder ein Ehemann noch Eltern  
da sind, inhalts obbesagter Statuten, die völlige Gerade  
erlangen würde, diesemnach daraus kein genugssamer  
Grund zu einer Interpretatione restriktiva zu nehmen,  
von dem Register aber, daß es mit denen Statuten zu-  
gleich confirmiret und promulgiret worden, also mit denen-  
selben eine gleiche vim obligandi haben könnte, nicht zu be-  
finden. So hat in gegenwärtigen Falle, daferne bisshero  
ein anders nicht hergebracht, der Rath zu Dresden, eue-  
rer verstorbenen Schwestern völligen Gerade sich zu er-  
freuen.

#### §. XL.

Pariter respectus in capienda gerada semper habe-  
tur, ad qualitatem personæ defunctæ, quæ si nobilis fiscus  
species generi nobilium reservatas e. g. currum, oves  
etiam sibi vindicabit, si vero plebeja, five civis five rustica  
(cum in dubio inter geradam civium & rusticorum, nulla  
differentia) his etiam speciebus huic sexui propriis con-  
tentus esse debet, prout pater ex responso Dn. Scab. Lips.  
M. Aug. 1683. an Marthæ Edelin versus Keyna multo mi-  
nus sibi arrogabit fiscus res alias, quæ natura sua non sunt  
geradicæ, uti pecuniam signatam, & alias pretiosiores res,  
prout respondit Facult. Jurid. M. Maj. 1700. versus Wal-  
tesdorff an Sempronium.

#### §. XLI.

Cum tamen foeminæ geradam inter vivos alienandi  
quin donandi competit potestas, vix prohibebitur ma-  
rito

rito vel cuilibet extraneo, eandem ad excludendum fiscum vendere, permutare, & quosvis contractus celebrare, & in extraneos sub donationis liberalitate transferre, nec fiscus, licet modus, post mortem venditricis demum adimplendus adjectus, impugnare poterit emtionem aut reliquos contractus, ex capite laisionis enormissima, nec sub praetextu, non secura judicialis confirmationis, cum non egeant ejusmodi solennitatibus. Ex hoc fundamento removerunt Dn. Scabini Lips. Senatum Franckenbergensem, recfiscionem ex hoc capite urgente M. Jan. 1688, ad interrogat. Michael Korbachs versus Franckenberg. Per ultimam vero voluntatem, aut actum mortis causa fisco nullum inferri poterit præjudicium, cum, ut supra monatum circa geradam Jure Saxonico omnis dispositio testamentaria invalida, & effectu destituatur. Conf. Dn. HORN Refp. Claf. VIII. Refp. XV.

### §. XLII.

Finge vero defunctam pro rebus geradicis comparatis, ex ento vendito teneri aut alia debita passiva reliquissimam non fiscus ad residui pretii præstationem obligabitur? Sunt qui contra fiscum actionem personalem denegant, & reservata demum expressa hypotheca in re vendita, actionem hypothecariam concedunt, compara Dn. BARTH de Gerad. C. VIII. §. 27. Sed non videmus qua ratione fisco indemnitas tanta competere possit, bona enim non intelliguntur nisi quæ deducto are alieno superfluit L. 39. §. 1. ff. de V. S. quod in specie iisdem verbis

JA-



JAVOLENVS in L. II. ff. d. f. fisc. ad successionem fisci applicat ita, ut nempe nulla bona ad fiscum pertinere possint. nisi quæ creditoribus superfatura sunt, inde omnes petitiones fiscales, creditoribus postponenda sunt l. 17. ff. eod. & bona vacantia dici nequeunt, qua ad alios pertinent.


B. TITIVS f. Priv. L. VIII. C. XIX. §. 8. adeoque merito contra fiscum lucrum captantem, in subsidium tam-

men si alia bona deficiant, pronuntiandum erit.

conf. HORN. Rep. Claf. VIII.

Rep. I.

T A N T V M .







Leipzig, Diss., 1725 p-2



f

ff.





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
Centimetres  
Inches

Farbkarte #13

*1725, 28. J.*  
Pub. N. num. 42.  
ATIO IVRIDICA  
DE  
SIONE FISCI  
IN  
GRADA,  
*QVAM*  
ICTORVM ORDINIS  
IN  
EMIA LIPSIENS  
P AESIDE  
IANNE FLORENTE  
RIVINO,  
P. SVPR. CVR. PROVINC.  
SISTOR. ADVOC. ORDIN.  
RVDITORVM EXAMINI  
SUBMITTIT  
N. AVGUST FISCHER,  
DRESDENS.  
AVGVSTI MDCCXXV.  
LIPSIAE,  
IMMANVELIS TITIL.

